



BOLETÍN DEL CLERO DEL OBISPADO DE LEÓN.

OBISPADO DE LEÓN.

Una comisión de la juventud de León se ha presentado á Nos exponiendo sus deseos de socorrer á los pueblos de las montañas de esta provincia que tanto vienen sufriendo con motivo del temporal de nieves y hielos; y después de aplaudir su propósito y los medios de llevarlo á cabo, hemos dispuesto por nuestra parte cooperar á tan levantado pensamiento y al efecto abrimos una suscripción en este BOLETÍN que comenzando con esta fecha terminará á fines del próximo Abril; y encargamos á los Sres. Párrocos, Ecónomos y Vicarios de nuestra Diócesis, den á sus feligreses conocimiento de esta nuestra disposición y recojan las limosnas que entregaren, remitiéndolas á nuestra Secretaría de Cámara con nota de los nombres y apellidos de los donantes, para que puedan publicarse á su tiempo.

León 20 de Marzo de 1888.

† FRANCISCO, OBISPO DE LEÓN.

SUSCRIPCIÓN abierta en el Obispado de León, para socorrer las desgracias causadas por el último temporal en los pueblos de estas montañas.

	Reales.	Cénts.
El Ilmo. Sr. Obispo de León.....	1.000	»

SECRETARÍA DE CÁMARA Y GOBIERNO DEL OBISPADO.

Su Sría. Ilma. el Obispo mi Señor, de acuerdo con el Excmo. Cabildo Catedral y con los Excmos. Señores Obispos de Oviedo y Astorga, se ha servido nombrar Habilitado interino del Clero que percibe sus haberes por esta provincia civil, al Sr. D. Francisco Burón Escarda, en sustitución del finado D. Fabián Zorita Moncada, que desempeñaba el referido cargo.

Lo que por disposición de S. S. Ilma. se publica en este BOLETÍN para conocimiento de los interesados.

León 17 de Marzo de 1888.—Dr. José Fernández Bendicho, Pbro. Secretario.

Su Sría. Ilma. el Obispo mi Señor, se ha dignado aprobar la siguiente lista de los pobres que han de representar el Apostolado en 1888.

NOMBRES.	Pueblos de residencia	Edad.
Juan Fernández de la Llama.....	León.....	75 años.
Ignacio de Robles.....	La Cándana.....	78 »
Lorenzo Ballesteros.....	Villada.....	72 »
Francisco Valverde.....	Salvador del Nido..	74 »
Policarpo García.....	Villalón.....	70 »
Gaspar Revilla Huerta, impedido..	Valverde Enrique..	67 »
Marcos Martínez, ciego.....	Poza de la Vega...	41 »
Manuel Brabo Blanco.....	Sahagún.....	80 »
Juan Antonio Maraña.....	Quintanas de Rueda	74 »
Gabino Penilla.....	La Ercina.....	78 »
Juan de Prado.....	Alvires.....	68 »
Juan Aller Cabezas.....	Puente del Castro..	70 »

Lo que por disposición de S. S. I. se publica en este BOLETÍN, para que los Párrocos respectivos lo hagan saber á los agraciados, á fin de que puedan presentarse el miércoles Santo de nueve á once de su mañana, en la mayor-domía de este Palacio Episcopal. León 20 de Marzo de 1888.—Dr. José Fernández Bendicho, Pbro. Secretario.

ENCÍCLICA DE SU SANTIDAD Á LOS OBISPOS DE BAVIERA.

(CONTINUACIÓN.)

Itaque, Venerabiles Fratres, cognitum perspectumque habetis quali ratione et via alumnos Ecclesiae erudiri oporteat ad maiores doctrinas, ut convenienter temporibus utiliterque in muneribus suis versentur. Hi nimirum, ut erunt humanitatis artibus informati et politi, praestantissima sacrae theologiae

studia ne attingant prius quam diligentem adhibuerint praeparationem in studio philosophiae. —Philosophiam eam intelligimus, intimam solidamque, altissimarum indagatricem causarum, patronam optimam veritatis; cuius virtute neque ipsi fluctuent neve abripiantur *omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris*, (1), et queant etiam doctrinis ceteris adiumenta veritatis subministrare, captionibus praestigiisque opinionum discussis et refutatis. Huius rei gratia, ut opera magni Aquinatis essent in manibus et assidue apteque exponerentur iam pridem monuimus, idemque saepius inculcavimus verbisque gravissimis; et gestit animus optimos inde fructus esse a clero perceptos, perquam optimos uberrimosque spectacles expectamus. Scilicet disciplina Doctoris Angelici mirae facta est ad conformandas mentes, mirae usum parit commentandi, philosophandi, disserendi presse invicteque: nam res singulas dilucide monstrat aliam ex alia continua serie pendentes, omnes inter se conexas et cohaerentes, omnes ad capita pertinentes suprema; tum in contemplationem erigit Dei, qui rerum omnium et causa effectrix est et vis et summum exemplar, ad quem demum omnis philosophia et homo quantus est, debent referri. Sic vere per Thomam scientia rerum divinarum et humanarum, causarumque, quibus hae res continentur, quum praeclarissime illustra, tum firmissime munita est: cuius confictione disciplinae, veteres sectae errorum penitus corrumpunt, itemque novae, nomine potius et specie, quam re illis dispares, simul emisere caput, et eiusdem ictibus deiectae intercidunt; quod iam non unus ostendit de scriptoribus nostris. Ratio quidem humana ad cognitionem rerum interiorum reconditamque liberâ vult acie penetrare, nec non velle potest: verum Aquinate auctore et magistro, hoc ipso facit expeditius et liberius, quia tutissime facit, omni procul periculo transiliendi fines veritatis. Neque enim libertatem recte dixeris, quae ad arbitrium libidinemque opiniones consecratur et spargit, immo vero licentiam nequissimam, mendacem et fallacem scientiam, dedecus animi et servitutem. Ille reapse sapientissimus Doctor intra veritatis fines graditur, qui non modo cum Deo, omnis veritatis principio et summa, nunquam decertat, sed ipsi adhaeret semper arctissime semperque obsequitur, arcana sua quoquo modo patefacienti; qui neque sancte minus Pontifici romano est dicto audiens, et auctoritatem in eo reveretur divinam, et *subesse romano Pontifici tenet omnino de necessitate salutis* (2). —Eius igitur in schola adolescat et exerceatur clerus ad philosophiam, ad theologiam: existet enim vero doctus et ad sacra praelia valens quam qui maxime.

(1) Ephes. iv. 14.

(2) Opusc. *Contra errores Graecorum*.

Lux tamen doctrinae a clero in christiani populi ordines difundenda vix dici potest quam magnam habeat utilitatem, si quasi e candelabro virtutis effulserit.—In praeceptis enim, quae sunt ad corrigendos hominum mores, plus fere possunt, quam dicta, facta magistrorum; nec quisquam negotio tam facili habiturus est ei fidem, cuius a dictis praeceptisque discrepent facta. In Iesum Christum Dominum oculos intendamus et mentes: qui, ut *veritas* est, perdocuit nos quae credere deberemus, ut *vita* est, et *via*, semetipsum proposuit nobis exemplar absolutissimum, quomodo ageremus honeste, vitam et bonum ultimum studiose appeteremus. Ipsemet discipulos suos ita de se voluit institutos et perfectos: *sic luceat lux vestra*, hoc est doctrina, *coram hominibus, ut videant opera vestra bona*, non secus atque doctrinae argumenta, *et glorificent Patrem vestrum qui in coelis est* (1) doctrinam in unum et bonitatem Evangelii complexus, quod ipsis ad propagandum committebat.—Sunt haec nempe instituta divina, quibus vita sacerdotum componatur et dirigatur oportet. Omnino oportet et necesse est habere eos sibi persuasum ac prope insculptum in animis, se iam non de saeculi esse consortione, at vero Dei consilio electos esse, qui, in communionem saeculi aetatem agentes, vitam tamen Christi Domini vivant. Qui, si de ipso in ipsoque vere vivant, minime *quae sua sunt* quaeritabunt, sed in iis profecto toti erunt *quae sunt Iesu Christi* (2) neque hominum captabunt inanam gratiam, sed gratiam Dei solidam expellent: ab his autem infimis rebus et corruptelis abstinebunt, abhorrebunt, et lucra bonorum caelestium industrie facientes, de iis effundent large hilareque, ut sanctae est caritatis: nusquam porro committent, ut iudicio et arbitrio episcoporum aut opponant aut anteferant suum, sed ipsis parendo et obediendo personam gerentibus Christi, felicissime elaborabunt in vinea Domini, copiâ fructuum lectissimorum ad vitam sempiternam mansura. Quisquis vero se a pastore suo atque a pastorum maximo, romano Pontifice, sententia et voluntate abiungit, nullo pacto coniungitur Christo: *Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit* (3): quisquis autem est a Christo alienus, dissipat verius quam colligit.—Ex quo praeterea species modusque obtemperationis hominibus debitae, qui antecedunt publica potestate, in promptu est. Nam longissime abest, ut sua ipsis iura velit quispiam abnuere et derogare; ea potius et ab aliis civibus observanda diligenter sunt et a sacerdotibus diligentius: *Reddite quae sunt Caesaris Caesari* (4) Nobilissima enim atque honestissima sunt munia, quae viris principibus Deus, dominator rec-

(1) Matth. v, 16.

(2) Philipp. ii, 21.

(3) Luc. x, 16.

(4) Matth. xxii, 21.

torque summus, imposuit, ut consilio, ratione, omnique custodia iustitiae civitatem moderentur, conservent, augeat. Proinde clerus singula civium officia accuret et exsequatur, non in morem servientis, sed reverentis; propter religionem, non propter metum; simul cum iusto obsequio, dignitatem suam tuentes, iidem cives et sacerdotes Dei. Quod si quando fiat, ut civile imperium in iura Dei et Ecclesiae invadat, tum esto a sacerdotibus insigne exemplum, quemadmodum homo christianus, formidolosis religioni temporibus, in officio perstare debeat: multa is, incolumi virtute, tacitus ferat; in tolerando male facta sit cautus; neque improbis ulla in re assentiat neve assentetur: re autem urgente in alterutrum, Dei ne recusanda iussa an gratificandum hominibus, memorabile illud dignissimumque Apostolorum responsum libera voce usurpet: *Oportet obedire Deo magis quam hominibus* (1).

Ad hoc veluti adumbratum specimen de ratione sacrae iuventutis colendae, adicere libet et aequum est, quae ad juventutem in universum pertinet; eius enim institutio valde Nos sollicitos habet, ut, sive ad cultum mentis sive ad perfectionem animi, recte admodum integreque succedat. Novellam aetatem materno Ecclesia semper fovit complexu; eius praesidio labores plurimos amantissime impendit et plurima adiumenta paravit; in his, familias nonnullas hominum religiosorum constitutas, quae adolescentiam erudirent in artibus et doctrinis, ac praecipue ad sapientiam alerent virtutemque christianam. Sic auspicato fiebat ut in animos teneros pietas erga Deum facile influeret ex qua officia hominis in se aliosque et patriam maturissime explicata, maturissime etiam in optinam spem florent. Ecclesiae igitur iusta nunc est ingemendi causa, quum videat in primis aetatulis filios suos a se divelli, atque in eos compelli litterarios ludos, ubi vel siletur omnino notitia Dei, vel mancum aliquid delibatur de ea perverseque miscetur; ubi collusioni errorum nulla repagula, nulla fides documentis divinis, nullus veritati locus ut se ipsa defendat. Atqui de litterarum doctrinarumque domiciliis auctoritatem Ecclesiae catholicae prohibere, maxime iniurium est, eo quod munus religionis docendae, eius videlicet rei qua nemo homo non indiget ad salutis aeternae adeptionem, Ecclesiae a Deo sit datum; nulli vero alii datum est hominum societati, neque societas ulla sibi potest adsciscere; ideoque ipsa suum propriumque ius merito affirmat, labefactum conqueritur.—Cavendum insuper est vehementerque curandum, ut in scholis quae ditionem Ecclesiae vel omnino vel partim excusserint, ne quod iuventus periculum subeat neve ullum in fide catholica moramque honestate detri-

(1) Act. v, 29.

mentum capiat. In quo quidem et cleri et virorum proborum sollertia multum valebit, tum si laborent ut religionis doctrina non solum e scholis illis non exturbetur, sed quo par est, loco maneat, maneatque apud magistros idoneos et spectatae virtutis, tum si alia quaedam praesidia inveniant et comparent, quibus ea ipsa doctrina incorrupte et commode iuventuti impartiat. — Valebunt autem permultum consilia et opera patrum familias sociata. Quare opus est admonitione ad eos et hortatione quanta fieri possit gravissima: velint animadvertere, quam magna sanctaque officia sibi cum Deo intercedant de liberis suis; ut scientes religionis, bene moratos, Deum pie colentes educare debeant; ut faciant damnose, si aetatem credulam et incautam suspectis praeceptoribus in discrimen committant. Hisce in officiis, simul cum procreatione liberorum susceptis, noverint patresfamilias, totidem iura inesse secundum naturam et aequitatem, atque esse eiusmodi, de quibus nihil liceat sibi remittere, nihil cuivis hominum potestati liceat detrahere, quum, officiis solvi quibus homo teneatur ad Deum, sit per hominem nefas. Hoc igitur parentes reputent, se magnum quidem onus gerere de liberorum tuitione, multo tamen gerere maius, ut eos ad meliorem polioemque vitam, quae animorum est, educant: quod ubi per se ipsi praestare nequeant, suum prorsus esse vicaria opera aliorum praestare, ita ut necessariam religionis doctrinam ex magistris probatis audiant liberi et percipiant. Iam illud non infrequens est exemplum sane pulcherrimum religionis munificentiaeque, ut, quibus locis scholae nullae publice paterent nisi quae *neutrae* vocantur, catholici viri magnis laboribus et sumptibus aperuerint certas suas, et pari constantia sustentent. Praeclara haec et tutissima iuventulis perfugia ubi opus est, pro rerum et locorum rationibus, alia atque alia constitui maxime optandum.

(Se continuará.)

MISIONES EN VILLANUEVA DEL CAMPO.

Ilmo. Sr. Obispo de León.—Ilmo. Sr.: El día 2 de los corrientes llegaron á esta los PP. Dominicos Fr. Manuel Fernández y Fr. Andres Avelino Diaz del convento de Montesclaros. (Santander.)

La recepción fué tierna y entusiasta compitiendo el Clero, el Ayuntamiento y el pueblo en sus aclamaciones y nutridos vivas, y desde aquel momento pudo presagiarse el gran fruto que los Misioneros habían de recoger en esta religiosa villa. En aquella misma tarde empezaron sus trabajos evangélicos, inaugurando la Sta. Misión el P. Manuel con un sermón lleno de santa unción en que puso de manifiesto las gracias extraor-

dinarias y los singulares beneficios que el Señor derrama en los pueblos por medio de las Stas. Misiones.

Todos los días á las cinco de la mañana se celebraba la Sta. Misa esplicándose desde el púlpito sus grandes misterios, terminada la cual ocupaba la sagrada cátedra el P. Avelino predicando con elocuente sencillez y gran fervor por espacio de media hora sobre asuntos morales: á las diez tenía lugar la catequesis que dirigía el P. Manuel, cautivando las inteligencias y voluntades de los niños y de cuantas personas acudían á oír á este celosísimo Misionero: por la tarde, al oscurecer, se rezaba el Sto. Rosario al que seguía una plática doctrinal y después el sermón moral, alternando en estos trabajos los dos Padres: dos horas y media duraba la Misión de la noche, y esto no obstante acudía el pueblo en masa á escuchar la divina palabra con santa avidez permaneciendo siempre pendientes de la palabra de los enviados de Dios: las aclamaciones y vivas que este católico vecindario prodigaba á los PP. cuando les acompañaba en procesión á casa del Párroco, la atención y recogimiento en el templo y el copioso llanto en que prorrumplía durante los sermones, son indicios evidentes de que la semilla caía en buena tierra y había de dar sazonados frutos de santidad.

Así fué en efecto: la comunión de unos doscientos niños de ambos sexos fué el comienzo de la gran cosecha que se esperaba: el P. Avelino preparó aquellos inocentes corazones para recibir dignamente al Cordero de Dios con una fervorosa plática y fervorines, que arrancaban lágrimas no solo á los niños sino al pueblo entero que presenció aquel grandioso espectáculo: concluida la Sta. Misa tuvo lugar la tierna ceremonia de renovación de las promesas hechas en el Bautismo, á la que siguió la procesión con el niño Jesús, después de la cual dirigió el mismo Padre otra plática á los padres de familia entregándoles sus hijos santificados y encargándoles que velasen por su salvación. En este día, quinto de la Misión, enfermó el P. Manuel, viéndose obligado á guardar cama, en la que padeció más por el sentimiento de no poder trabajar en sus tareas evangélicas que por la fiebre no pequeña que el Señor le envió: todos los trabajos pesaron desde entonces sobre el P. Avelino, quien en su incansable celo ocupaba diez y once horas diarias el Confesonario, sin que esto le impidiese predicar tres veces al día y á pesar de no bajar de doce y aún catorce el número de Confesores. Cómo ha correspondido este pueblo á la voz de Dios, lo dice bien claro el hecho de haberse acercado al banquete eucarístico más de dos mil doscientas personas. Gracias sean dadas al Padre de las Misericordias, que se ha dignado enviarnos tan celosos operarios á cultivar esta viña, y que tan copiosas gracias ha derramado durante estos días de salud.

A pesar de los no pequeños obstáculos que el demonio suscitó, la Misión ha fructificado abundantísimamente en este pueblo siempre dócil á las inspiraciones del cielo: los PP. Misioneros han quedado completamente satisfechos de la correspondencia de los habitantes de esta villa á la divina gracia, y los vecinos de Villanueva del Campo jamás olvidarán á los PP. Misioneros que no han omitido trabajo ni fatigas para santificarnos.

Cuanta sea la gratitud de este pueblo á los esclarecidos hijos de Sto. Domingo, se vió palpablemente al despedir á los Misioneros: todos á porfía besaban su santo escapulario, todos les aclamaban, todos derramaban abundantes lágrimas.

Quiero consignar también que habiendo llegado el P. Modesto Franco á sustituir á su hermano enfermo, predicó en la función que por los fieles difuntos tuvo lugar el día siguiente al de la comunión general, quedando todos prendados de su elocuencia y sintiendo no hubiese llegado antes á relevar algo del trabajo al P. Avelino.

Para terminar, Ilmo. Señor, lo hago dando gracias al Señor Alcalde y Ayuntamiento de esta villa, así como también á los Señores Sacerdotes que tanto nos han ayudado en el Confesonario.

Gloria á la religión Dominicana que cuenta entre sus hijos á tan esclarecidos Misioneros como los PP. Fr. Manuel, Fr. A. Avelino y Fr. Modesto, que tantos y tan gratos recuerdos han dejado entre nosotros.

Es de V. S. I. humilde súbdito q. b. s. p. a. y desea se publique esta mal escrita reseña para gloria de Dios y de los PP. Dominicos.

Villanueva del Campo, 14 Marzo 1888.—Santos Castañeda.

DISPENSAS.

Han llegado de Roma las de la lista 1.^a, que comprende las embancadas hasta 1.^o de Febrero.

ANUNCIOS.

POESÍAS DE LEÓN XIII, traducidas por D. José M.^a Carulla. Se venden en casa del traductor, Amor de Dios, 12, principal derecha —Madrid.

LEÓN XIII Y EL PODER TEMPORAL, por el Presbítero Don Felix Reig.

Véndese en Madrid en casa del autor, Flor-baja, 8, principal, y en las principales librerías religiosas.